



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Canonica Ioannis secu[n]da habet Caput vnicum: Comme[n]dat in ea  
Electa[m] & filios eius: ad fraternam charitate[m] hortatur: & monet  
hæreticos deuitare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

D. DIONY. A RICK. CART.  
fit filium suum saluatorem mundi, Deus charitas est, &  
qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Ti-  
mor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mit-  
titur timorem, quoniam timor poenam habet. Qui autem  
timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diliga-  
mus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis di-  
xerit diligo deum, & fratrem suum odit, mendax est.  
Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum  
quem non videt quomodo potest diligere?

¶ Cap. 5. & ult.

Hæc est charitas dei, ut mandata eius custodiamus. Et  
mandata eius graui non sunt. Omne quod natum est  
ex deo vincit mundum, & hæc est victoria quæ vincit mun-  
dum, fides nostra. Venit per aquam & sanguinem Ie-  
sus Christus. Spiritus testificatur, quoniam Christus  
est veritas. Tres sunt qui testimonium dant in celo.  
Pater, Verbum, et Spiritus. Et hi tres vnum sunt. Qui non  
credit in filium, mendacem facit deum, quoniam non  
credit in testimonium quod testificatus est deus de filio  
suo. Hæc est fiducia quam habemus ad deum, quia quod  
cumque petierimus secundum voluntatem eius, nos au-  
dit. Omnis qui natus est ex deo non peccat, sed gene-  
ratio dei conseruat illum. Mundus totus in maligno  
positus est. Scimus quoniam filius dei venit, & dedit  
nobis sensum ut cognoscamus deum verum, & simus  
in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus deus & vi-  
ta æterna. Custodite vos a simulacris, &c.

¶ Canonica Ioannis secunda habet Ca-  
put vnicum: Commendat in ea Electam  
& filios eius: ad fraternam charitatem  
hortatur: & monet hæreticos deuita-  
re.

¶ Cap. vnicum.

**S**it vobiscum gratia, misericordia, & pax a deo pa-  
tre & a Iesu Christo filio patris in veritate & cha-  
ritate.



EPITO. EX EPI. IOA. II.

Videte vosmetiplos ne perdatis quæ operati estis, sed  
vt mercedem plenam accipiatis. Multi seductores ex  
ierunt qui non credunt Iesum Christum venisse in car-  
ne. Si quis hanc doctrinam non affert, nolite recipere  
eum in domam, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit e-  
aue, communicat operibus eius malignis.

¶ Canonica Ioannis tertia habet Ca-  
put vnicum. Extollit in ea Gaium pi-  
etaris causa, quam exercebat in pere-  
grinos: atq; in ipsa pietate permaneat  
exhortatur.

¶ Cap. vnicum



Harissime orationem facio prospere te in-  
gredi & valere, sicut prospere agit anima  
tua. Maiorem horum gratiam non ha-  
beo, quam vt audiam filios meos in veri-  
tate ambulare. Is qui amat primatum ge-  
rere in fratribus non recipit nos, &c. Cha-  
rissime noli imitari malum, sed quod bonum est semper.  
Qui benefacit ex deo est. Pax tibi. Salutant te amici.  
Saluta amicos & minatum. &c.

¶ Canonica Iudæ Apostoli habet Ca-  
put vnicum. Monet in ea Iudas A-  
postolus omnes vt de sua salute solici-  
ti sint: inducit altercationem Micha-  
elis cum Sathana: detestatur quoque  
hæreticorum vitam.

¶ Cap. vnicum.